

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Sectio V. De his quæ singulis annis fiunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

aliquas horas quietiores diligere, quas in hoc sanctum exercitum propriæ amendmentis curandæ, & captandæ spiritualis quietis, impendant. Sed si nec per aliquot horas sibi vacare sinantur, non ob id noctio mortore tristentur, immò tanta cura sui ipsorum in mediis occupationibus vivant, vt hac spirituali quiete per menem quærenda non indigant.

## SECTIO V.

De his quæ singulis annis fiunt.

De die vocationis nostræ singulis annis celebrando.

## CAPUT I.

**N**unc pauca supersunt, quæ sunt per singulos annos à bono religioso seruanda. Horum primum sit, ut diem vocationis suæ, eum scilicet diem fæcissimum, quo à seculo eruptus est, & religiosotum certui aggregatus, magna gratitudinis significatio, & tota devotione concelebretur. Mos fuit apud antiquos, natales dies suis non sine latitiae notis, & sine celebriitate transfigere: cuius rei (vt nunc prophanos autores omitimus) testis est factorum libitorum historia. De Pharaone in Genesi sic legimus: Exinde dies tertius natalitus Pharaonis erat, qui faciens grande coniuicium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorum principis. ] De Antiocho verò sic in Machabæis: Ducebantur Iudei cum amata necessitate in die natalis Regis ad sacrificia. ] De Herode autem Marcus sic ait: Cùm dies opportunitus accidisset, Herodes natalis sui canam fecit, Principibus, & Tribunis, & primis Galilæis. ] In natalitia celebrarunt, quibus mundo nati sunt, & ad miseras & ad mortem ex vulva matris educti: idèque natalem suum aliorum tribulationibus imbutunt, & funesta morte fœdarunt. At Ecclesia sancta, alia natalitia fæciliora celebrat, eorum selectissimorum virorum, qui piè sancteque viuentes, dum ex hac vita mortalí decedunt, Deo & cœlestibus exoriantur. Quorum natiuitas, quia ad veram & immortalem vitam est, non à nobis vitam, aut bona temporalia admittit, sed bona spiritualia, & cœlestes thesauros illorum, qui Deo nascuntur, impenetracione restituit. Nam, ut Bernardus ait: Sanctorum natalitiam nobis, & auxilio, & exemplo, & humilitati seruient. Auxilio, quia cùm in cœlis magnates & potentes sint, nihil à summo rerum conditore postulant, quod non, ad inuocantium eos utilitatem, consequantur. Exemplo, quia cùm in terris visi sint, & cum hominibus conuersati, non declinarunt ad dexteram, nec ad sinistram, sed viam regiam tenuerunt, donec ad illum peruenirent, qui dixit: Ego sum via, veritas & vita: ] ut nobis viam eundi ad ipsum sua conuersatione monstrarent. Humilitate vero, nam hominum passibilium, & nobis similibum viram difficiliter existimamus, & eos quos fœlices putamus, quamvis diuina gratia possumus, tamen sequi non audemus.

Inter hos duos natalitios dies, illum scilicet, quo homines seculo & morti nascuntur, & illum, quo Sancti beatis Spiritibus aggregantur, vocatio religiosa media est, qua relatio seculo, Deo nascimur,

A] non ut statim eo perfruamur, sed ut illi famulemur, sancteque viuamus, & post sanctam vitam ipsum possidere, eoque perfui possumus. Hæc natuitas nobis etiam est non sine ingenti lætitia & exultatione celebranda, qua non ad eam lucem editi sumus, quæ nobis est multisque communis, sed ad eam lucem sanctæ & immaculatæ vite procreati, qua Deo nunc viuere perfectè incipiamus, vt post huius mortalitatis cursum, perpetuò cum illo regnemus. Et quidem ex quacunq[ue] parte vocationem religiosam consideremus, causas inueniemus, quæ nos ad eam latissimè celebrandam inuitent. Si enim illa mors est, quamodo morimur, & negotia prophana deferimus, erit profectio illa, de qua scriptū: Melior est dies mortis, die natuitatis: j[uxta] cum dies natuitatis sit ad miseras & ad pericula salutis introitus: dies autē huius mortis, sit multarū curarum temporalium liberatio, & à peccandi occasionibus exolutio. Quid si dies natuitatis, cùm videlicet ad mortem & miseras nascimur, lætus nobis est, dies quo religionem intritus, lætior atque celebrere esse debet, siquidem in eo, si non omnes, ac multas mundi huius miseras exuimus. Si verò religiosa vocatio, est ablactatio quædam, cuius beneficio à delectationum visibilium vberibus separamur, ut iustitia panis sit nostra refectio, quis non videat eam esse quotannis solemniter peragendam? Ad cuius mysterium exprimendum, cùm ablactatus est Isaac, fecit Abraham pater eius grande coniuicium, ut magnitudo celebritatis utilitatem huius spiritualis ablactationis ediceret. In die natalis coniuicium forte instratum est, sed coniuicium parvum, quod nulla memoria dignum cœnatur, at in die ablactationis, quæ à laetiœ seculi segregamur, fiat coniuicium magnum, quo eius ingens præstantia signetur. Si demum vocatio ad religiosam vitam, natuitas est, quæ curis spiritualibus non crucianibus, sed mulcentibus, incipimus viuere, nec sine lætitia & celebracione relinquatur, ne ei [qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum] inueniamur ingrati. Leui seu Matthæus eodem die vocationis suæ fecit Dominum [coniuicium magnum in domo sua,] vt ex beneficio suscepimus ostenderet signa lætitiae. Et merito quidem, quoniam ad spirituales delicias vocabatur. Qui enim, ut inquit Ambrosius, domicilio Christum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. ] Quid nos facturi sumus, qui cùm ad religionem vocamur, ad Apostolicam vitam vocamur, & sœpe sanctissimarum deliciarum implemur?

E] Sed quo pacto dies hic spiritualis natalis, seu religiosa vocationis, celebrandus est: Possem te, ô religiosa perfectionis amator, ad deuotissimum Virginem Gertrudem remittere, cuius exercitum secundum est conuersiois celebratio, & primæ vocationis repetitio. Sed vi breuiter formulam huius celebratiois tibi præscribam, sic festum diem tuæ vocationis perages. In vigilia illius diei, te, ieiunio aut abstinentia aliqua, & corporis maceratione, & publica aliqua humiliatis & mortificationis ostensione dispones. Ipso autem die cùm primum surrexeris, tempus meditationis in consideratione huius tanti beneficij, & in feruentissima gratiarum actione, atque in laudibus diuinis insumes. Nolo ut in hac meditatione apicias religionis ingressum; vt obsequium Deo facias, sed ut ingens beneficium, sicut re vera est, de benignissimi Domini manu suscepimus. Reliquisti modica, suscepisti maxima pro who parente, multos patres; & pro paucis propinquis, fratres plures inuenisti, delicias exiguae, & umbratiles pro ineffabilibus & stabilibus, & voluntatem

Gen. 40.  
20.

2. Mac-  
hab. 6. 7.

Marc. 6.  
21.

Bern. in  
vigilia  
Petri &  
Pauli.

Ioan. 14.  
6.

Ecccl. 7. 2.

Gen 21.  
8.

3. Petr. 2.  
9.

Luca 5.  
29.

Amb.  
lib. 5. in  
Luc. ad  
cas. 5.

Gerr.  
exerci-  
tum 2.

tuam

*Eccles. 51.  
15. 16.  
17.*

tuam præpostoram pro Dei voluntate rectissima commutasti. A tumultu ad serenitatem, à bello ad pacem, ab Ægypto ad Paradisum translatus es, & à duris operibus lutis & lateris, ad statum filij, ad occupationes honorificissimas, & ad diuinam familiariatem euocatus. Hæc & alia similia mente volvens, ad laudes Domini liberatoris tui assiduè canendas te tota deuotione converte. Dicque illi: Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, quia exaudita est oratio mea. Quia liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.]

Confessione præmissa, in qua te de ingratitudine erga tantum beneficium, & de annis tepidè in religione impensis, accusas, ad gratias agendas missam celebrabis, aut si Sacerdos non es, facrum Eucharistie Sacramentum accipies. Et id quidem eo affectu, vt qui nihil proprium habes, quod Domino pro ingenti dono vocationis offeras, ei Filium suum unigenitum, per donationem Patris æterni tuum thelaurum factum, quasi in compensationem, tribuas. Sed quia donum quod offeras, in immensum vocationis beneficium acceptum superat, confiderenter propter illum noua beneficia postulabis, vt scilicet Dominus, qui ceperit te opus sanctitatis, ipse perficiat, perfeuerantiam in arepto statu concedat, & in omni virtute, & praesertim in sua familiaritate promoueat. Tu autem pusillus es, & penitus insufficiens ad reddendas pro tanto beneficio debitas gratias: quare orabis Beatanam Virginem, omnisque Sanctos, præcipue aducatos & Patronos tuos, vt pro te Deum laudent, & se pro beneficio in te collato gratos exhibeant. Fratres etiam tuos rogabis, vt eo die in gratiarum actionem pro te Missas celebrent, & si dies festus fuerit, ad communionem sacram accedant, & orationibus te tibi in affectu gratitudinis comites præbeant.

Hæc sunt sancta, & pura, ac Deo grata coniuia, hi ludi, & choreæ immaculatae, quæ hoc vocationis die instituenda sunt. Festiu autem colloquia non desint, nam si (disciplina religiosa minime prohibente) loquendum sit, ea verba in hoc die natalis tui cum fratribus misceas, quæ gratitudinem sonent, quæ te tuæ vocationis & status amatorem ostendant, & quæ diuinam misericordiam in te collatam prædicens. Credite mihi, frater, quia hæc pusilla non sunt, nec ab his, qui aliquid se esse putant, despicienda. Dominus enim qui pro omni beneficio gratias petit, pro hoc ingenti beneficio, seu beneficiorum cumulo, maiores gratias requirit. Vide autem tu an gratum animum habeas, si hunc diem celeberrimum atque sanctissimum, in quo à seculo eductus es, perinde atque alios in vanitatibus perdas, & nulla memoria tanti beneficij facta transire permittas. Hunc vero affectum gratitudinis ignoranter paruipendes, qui ab eo qui nullius indiget, sœpe operibus antefertur. Nam, vt inquit Ambrosius, aliis fructum accepti beneficij, vt aurum auro, argentum argento rependet, aliis labore, aliis hand scio an etiam locupletius, solum restituit affectum. Quid enim si reddendi nulla facultas suppetat? in beneficio reddendo plus animus, quam census operatur, magisque præponderebat benevolentia, quam possibilias referendi munieris.] Si ergo non habes opera, quæ rependas, quia tepidus es & imperfectus, saltem affectum gratitudinis, & laudes, & cor simplex & humile, parua cum reuerentia audiens offerre non cesses. Illud sufficiat, vt gratis habeatis, & faciet vt noua beneficia merearis accipere.

### A De propria conscientia Prælato manifestanda.

#### CAP V T I I.

**S**INGULIS etiam annis semel, aut bis, aut pluries, si opus fuerit, apud Prælatum te statues, & spaciū seorsum & sine arbitris colloquendi, postulabis. Hoc temporis spacio sincerè, & sine ullo fuso tua illi conscientiam ostendes. Id autem facies, si illi defectus tuos aperias, affectus, & passiones, ac propensiones minus mortificatas detegas, iterationes reuelas, virtutes, bona, & mala manifestes. Mala quidē, non vt à Prælato puniantur, (qui in hoc negocio non munus iudicis, sed medici peritissimi & patris benignissimi, obire debet) sed vt tibi compatiatur, vt tecum miserias tuas defeat, vt ratione pugnandi, ac remedia adhibendi prescribat. Bona vero, vt pro illis, tanquam pro bonis suis (qua bona sunt filii sui) Domino gratias agas, vt prudēti examinatione, ab eis quod est minus perfectū, auerteret, & vt suo consilio & admonitione promoueat. Vniuersa tandem bona & mala, vt te intus & in cœte cognoscas, vt te gubernare sciāt, vt impedimenta proficiendi remoueat. Rem hāc superiorius attinimus, sed quia summi momenti est ad perfectionem asequendā, eam nūc nihil ex dictis reperientes, iterum prohuius tractationis necessitate confirmabimus.

Prælati igitur nomine, in ea religione qua hunc vsum laudabilem & maximè necessarium obtinet, superiori domus, in qua habitamus, veleum qui toti prouinciae præfet, intelligimus. In aliis, vel ipsum vel confessarium, vel magistrum spiritus, quem spiritualis vita ducem sequimur, ad hanc rem aptum esse decernimus. Nondubium autem quin melius sit & efficacius quemquam se Prælate detegere: quoniam reliqui nos dirigunt, Prælatus vero gubernat, & si ille nos nesciat, his forsan occupabit, quibus ob imbecillitatem nostram non tantum perfectionem, sed & gratiam, & salutem æternam amitteramus. Putabit fortitan nos timore Dei possideri, cum alieni ab eo sumus, putabit fortes cum sumus infirmi, putabit humiles, castos, patientes, cum tamē ab his virritibus longè distemus. Nos autem secundum existimationem suam ad onus portandum sufficientes, sed secundum veritatem, oneri portando impares, ministeriis periculis exponet, ex quibus spirituales & fortes viri merita magna reportant, nobis autem proueniet certa mirabilisque ruina. Animam vero nostram occasionibus perditam Dominus de manu eius non requireret, immo & nos, vt hypocritas, & vulnus celantes & sanctitatem mentientes, incomparabili pena mulcabit. Cū ergo hæc conscientia manifestatio ad id ordinetur, vt in via spiritus sine offenditione regamur, verissima sit oportet: ita scilicet, vt nec vita nostra celemus, nec Dei dona & virtutes abcondamus, sed omnia pro vt sunt, maneat oculis nos gubernantis aperta. Neque enim ex ea quædam vt boni habeamus, & sancti reputemur, quod insignis esset hypocrisia, nec vt contemnamur, & viles existimemur, quod in hoc proposito magna esset ignorantia, sicut si quis accerens medicum, vulnus aut dolorem, quem non habet, se habere fingeret, sed tantum intendimus, vt ei qui nos regit, sumus omnino perspecti. Ille autem nequaquam nostrum statum agnoscet, si propter ineptam humilitatem, bona celantes, aut mala fingentes, vel propter superbiam mala occultantes, aut bona, quæ non habemus, enuntiantes, mentiti fuerimus.

Ostendamus nunc quāra sit huius manifestationis conscientiae necessitas. Corpus quidem non seipsum

*Temp. 1. L.  
5. p. 2. c.  
12.*

regit, sed ab spiritu regitur, & in suo motu, atque in reliquis ab animo ipsum vivificante dirigitur. Spiritus vero non a seipso, quia seipsum seipsum recipit, sed ab spiritu Dei regendus est, a quo, tanquam a magistro peritissimo in perfectionem ducatur. Deus autem ut nos regat, omnino vult ut nos ei nostram conscientiam aperiamus, non sanè quia ei occulta sit, sed ut dum humiliter nos detegimus, eius remedii & auxiliis ad victoriam nostrorum affectuum comparandam digni simus. Ad quod horatur quæque nostrum sanctus David, dicens: Reuelata domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. ] Detege, inquam, domino conscientiam tuam, & spem omnem in eo, tanquam in sapientissimo medico, ac benignissimo proteetore colloca, & ipse faciet ut sanaris. Praestat tamen hunc sensum, & ea quæ nos ad hanc manifestationem mouant, ex ore Ambrosij sanctissimi Doctoris audire. Bene, ait, reuelata id est, aperi, conscientiam tuam, ne eam facili ictu graueri vmbra, vel earnis. Prorumpentia semina si fuerint obumbrata, tenuantur, Soli obiecta pingueſcent. Quid de seminibus loquor? Ipsi arbusculas, quominus se in altum subiiciant, vmbra sylvestris interneat, & prohibet brachia ramosa diffundere. Pulchre autem dixit, Reuelata ad dominum viam tuam: ] quia natura hominum prona peccato, velut quoddam menti nostra velamen obducit, ne nostra domino peccata fateamur, qui potest vulnera nostra sanare, ut erubescat quis ore proprio postulare medicinam, ne coram hominibus sua prodantur opprobria. Premigitur se intra hominem conscientia cum latere non possit, & tandem differt, quod ad vulnus efferveat, ut iam non fidei salubritate, sed immorabilis atrocitate viceris detergatur. Reuelata, inquit, ad dominum viam tuam ] id est, aperi viam tuam, noli abscondere. Sicut abscondebat Cain, qui latere cupiebat. ] Omnis enim qui male agit, odit lucem. ] Reuelabat David viam tuam, qui ait: Dico ego opera mea Regi. ] Aperi sensum tuum, ut nihil sit quod timeas reprehendi. Reuelauit & Paulus, qui presumpsit dicere: Nihil mihi conscius sum. ] Deo itaque nos manifestare debemus, ut spiritus noster ab eius spiritu dirigatur. Sed rogo, quidnam sit manifestari nos Deo, cuius oculis, ut ait Paulus, cuncta nuda sunt & aperta? Certè illud est conscientiam nostram, & omnes recessus illius, Praelato detegere, cuius ore ad nos loquitur Deus, cuius prudens regit, cuius adiutorio in finem optatum perducit. Ergo spiritus noster, ut a spiritu Dei regatur, Prae lati sapientia regendus est, & in omnibus ordinandus. Qui enim ductum Prae lati refugit, a Dei gubernatione se subtrahit.

Habes igitur, o frater, in magistro spirituali magistrum Deum, a quo per illius vocem instrueris: & dum huic conscientiam tuam aperis; dum magistrum aut Praelatum interrogas, Deum interrogas, ut eius responsione per os spiritualis patris enunciata docearis. Sat scio, Daemonius astus fugere concupiscit, & ei quispe tibi illusit, illudere. Sed ad hoc solus non eris potens, spiritualis vero patris adiumento fulcitus, cui fidenter tua arcana commisisti, validus & robustus existes. Illi profecto, qui conscientiam suam Praelato detexit, Cassianus & discretionem veram, & tentationum victoriam, & Daemonum conculationem promittit. Vera, inquit, discretio non nisi vera humilitate conqueritur. Cuius humilitatis haec erit prima probatio, si vniuersa non solum, qua agenda sunt, sed etiam qua cogitantur, seniorum referuent examini, ut nihil quis suo iudicio credens, illorum per omnia definitionibus ac-

A quiescat, & quid bonum vel malum debeat iudicare, eorum traditione cognoscat. Quæ institutio non solum per veram discretionis viam iuuenem recte tramite docebit incidere, verum etiam a cunctis fraudibus & infidiis inimici seruabit illæsum. Nullatenus enim decipi poterit quisque, si non sibi indicio, sed maiorum viuat exemplo: nec valebit ignorantia eius callidus hostis illudere, qui vniuersas cogitationes in corde nascentes pernicioſa verecundia nescit obtegere, sed eas maturo examine seniorum, vel reprobat, vel admittit. Illico namque ut patefacta fuerit cogitatio maligna, marcescit, & ante quam discretionis iudicium proferatur, serpens tenebris velut in tenebroso ac subterraneo specu confessionis virtute protractus ad lucem, & traductus quodammodo ac de honestatus abscedit. Tandiu enim suggestiones eius noxiæ dominantur in nobis, quandiu celantur in corde. ] Non itaque victoriam ex temptationibus reportabis, qui tentatorem, id est, cognitionem noctam, fones in corde, & ab oculis interemptoris, nimis patris spiritualis, abscondis. Nec veram discretionem, altissimam & difficillimam scientiam solus & sine magistro, a Deo ad eam tradendam destinato, perdisces. Qui dum te audit, & quid ut bonum amplectendum, quid vero ut malum vitandum sit, tradit, in rebus spiritualibus, & ad salutem animæ pertinentibus erudit.

Samuel vocatus a domino, concurrebat ad Heli, & secundò a certiō vocatus ad eundem festinavit, & sic Deum loquentem & se docentem agnouit. Paulus non ex ore domini, sed ex ore Ananie sibi loquentis audiat: Ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. ] Et iterum ad apostolos proficisciuit, & cum illis euangelium confert, ne in vanum curreret, aut cucurisset. ] Haec omnia manifestè designant, doctrinam spiritus sine magistro haberi non posse, multisque erroribus & periculis casus exponi, qui conscientiam suam ab eo, qui ipsum gubernat, voluerit occultare. Quis ergo, ait idem Ioannes cassianus, tam presumptor & cœsus, qui se audeat sibi iudicio, aut discretioni committere, cum vas electionis indiguisse se coapostolorum suorum collatione testetur? Vnde manifestissime comprobatur, nulli a domino viam perfectiōis ostendi, qui habens inde valeat eridiri, doctrinam seniorum vel instituta contemplerit, parvupendens illud eloquium, quod oportet diligentissime cistodiri: Interrogat patrem tuum, & annunciat tibi: seniores tuos, & dicent tibi. ] Et ad idem bernardus ait: O sapientia suauiter verè vniuersa disponens. Eum, cui tu loqueris, eruditum mittis ad hominem, ut socialis vita commendetur utilitas, & edocis per hominem, discat & ipse secundum datum sibi gratiam hominibus subuenire. Ingredere ciuitatem. Videtis, fratres, non sine diuino consilio factum esse, ut hanc ciuitatem domini virtutum ingredieremini, diuinam discere voluntatem. Planè qui te salubriter terruit, & conuerit cor tuum ad defiderandam voluntatem suam, ipse tibi dixit: Surge, & ingredere ciuitatem. ] Haec ille.

Dicces itaque ex magistro spirituali, cui teipsum detegis, temptationes vincere, dicces in spiritualibus negotiis prudenter te gerere, dicces virtutes acquirere, dicces salutem animæ comparare. Vnde cassianus, postquam dixerat, iuniores monachos propriæ voluntatis mortificatione ad perfectionem informari, haec subdit: Ad quod ut facile valeant peruenire, consequenter instituuntur nullas penitus cogitationes pruriētes in corde pernicioſa confusione celare, sed confessim ut exortæ fuerint, eas suo patefacere.

Amb. ib.

Gen. 4.  
Ioan. 3.  
20.  
Psal. 44.  
1.  
  
1. Cor. 4.  
  
Hebr. 4.

1. Regam  
3. 5.

Ad. 7.1.

Gal. 2.2.

Dent. 32

7.  
Bern.  
fern. 1.  
de con-  
uer. Pau-  
li.

facere seniori, nec super eorum iudicio, quidquam suæ discretioni committere. Sed illud credere malum esse, vel bonum, quod discusserit, ac pronunciauerit senioris examen. Itaque sic vt in nullo circumvenire iuuenem calidus intimus, velut in experium ignarumque, præualeat: nec vila fraude decipere quem peruidet, non sua, sed senioris discretionem mutari, & suggestiones suas, vel ignita iacula quacunque in cor eius iniecerit, vt seniorem celet, nō posse suaderi. Altera quippe subtilissimus diabolus illudere, vel deicere iuniorem non poterit, nisi cùm eum, siue per arrogantiā, siue per verecundiam ad cogitationum suarum velamen illexerit. Generale namque & euidentis iudicium diabolicae cogitationis esse pronunciant, si eam seniori confundimur aperiare.] Sic ille. At illi, qui scipios manifestant, ab his dolis aduersari liberantur. Quia scriptum est: [Salus autem vbi multa consilia.] Nec verò dicit, in multo consilio, ait Dorotheus, ut quis quemcumque confulet, sed eum cuius fidei se totum crediderit. Neque, hoc vt taceat, illud loquatur, sed vi omnia exponat, de omnibus consulet: huiuscmodi enim salus profecto est in multo consilio. ] Eos taxat qui cuilibet sua arcana renelant, cùm manifestum sit interiora cordis nostri soli Prælato aperienda esse, aut certè viro prudentissimo, qui probè sciat conuenientia medicamina nostris infirmitatibus athibere.

Magni reputat, ô frater, amicum fidelem, cui possis tutò in rebus huius sæculi tui cordis arcana communire, cuius possis consilium sequi, à quo valeas adiuuari. Res autem animæ potiores sunt, maioribus difficultatibus patent, pluribus discriminibus sunt expositæ: quare ergo fidelem amicum, qui te in illis instituat, qui te iuinet, qui te tueatur, non magni reputabis? Qui autem aut fidelior, aut sapientior, aut sollicito Prælato, quem tibi Deus in patrem ac præceptorem præposuit? Quare igitur ab illo te abscondis? Quare, vt alter Adam, conspectum illius qui te curaturus est, fugies? Expende, obsecro, quid Augustinus, vel quisquis alius est author libri, de amico fidelis scribat: At qua felicitas, qua securitas, que incedunt est, habete cum quo aquè audeas loqui, vt ribi: cui confiteri non times, si quid deliqueris? cui non erubescas reuelare in spiritualibus, si quid proficeris; cui cordis cui omnia secreta committas, & commendes consilia? Quid igitur iucundus, quam ita vnde animum alterius, & vnum efficere de duobus, vt nulla iactantia timeatur, nulla formiderit suspicio, nec cōtreptus alter ab altero doleat, nec laudantem alter adulatio[n]is notet vel arguat? Amicus, ait Sapiens, medicamentum est vita:] Nō enim validior vel efficacior est vulneribus nostris medicina, quam habere, qui omni in commodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans, vt iunctis suis humeris onera sua in uicem tolerent, & quod vnuquisque propriam leuinam quam amici portet iniuriat.] Hæc ille. Non est autem impossibile, immò maximè necessarium, hoc amicitiae cum Prælato genus inire, nec id aut reverentiam aut obedientiam imminuet. Si enim Dominum & Creatorem omnium ita reveremur, vt etiam tenerè diligamus; & si ei, cui in cunctis seruire debemus, amicitia & familiaritate iungimur, cur absurdum putabimus, Prælatum vt superiorem aspicere, & vt amicum nos fideliter amantem amare? Illi ergo nostra vniuersa secreta pandamus, in quo & remedium malorum, & augmentum bonorum, & leuamen molestiarum reperiemus. Ut enim inquit Gregorius, plerumque nimis taciti, cùm nonnulla

Prov. 11.  
14.  
Dorotheus.  
doctr. 5.

Aug. de  
mico, c.  
1. tom. 4.

Eccles. 6.  
16.

Greg. 7.  
moral. c.  
vlt.

A iniusta patiuntur, & in acriorem dolorem prodeunt, quò ea, quae sustinent, non loquuntur. Nam si illatas molestias lingua tranquillè dicere, à conscientia dolor emanaret. Vulnera enim clausa plus cruciant, quia cùm putredo, quæ intrinsecus feruerit, eiicitur, ad salutē dolor aperitur.] Huic sancti Gregorij dicto assidū experimentum attestatur; sapere enim nos & alios vidimus, cùm ad Prælatum accurrimus, & ei nostras miseras aperimus, sola defectus manifestatione fanaticos. Quia diabolus detectus fugit, & culpa humilitate & confessione lassescit. Cuius rei illustria sunt apud Climacum, & apud Cassianum exempla, quæ consultò præterimus, vt longitudinem fugiamus.

B Si autem adhuc non audes te Prælato ad consilium & remedium aperire, attende quia & ipsi antiqui Philosophi sola naturali luce ducti id non iam religiosi, sed & ciuius sæcularibus, & hominibus necdum Christianis faciendum præcepérunt, & vtile ad virtutis profectum existimauerunt. Socrates namque apud Platonem sic loquitur: Evidem ad defensionem iustitia suæ, aut parentum, aut amicorum, aut filiorum, aut patriæ iniusta facientes, nihil utilitatis afferet nobis Rhetorica, ô Pole, nisi si quis contraria accusare oportere putauerit, maximè quidem se ipsum, deinde etiam familiares, & alios, prout quis temperamicus iniusta fecerit, & non occultare, sed in propatulum iniuste factum producere, vt pœnas der, & sanus fiat; cogere item, & leipsum & alios non prætimore deterri, sed forriter, & velut clavis oculis exhibere, velut medico, secundum & vñendum, ita vt bonum & pulchrum, ac honestum persequatur, & dolorem non consideret, & siquidem iniusta plagiis digna perpetravit, verberandum se exhibeat; si vinculis, ligandum; si multa, multandum; si exilio, fugandum; si morte, necandum; ita vt ipse primus sit accusator, & sui ipsius, & alienum familiarium, & non parcat, sed ad hoc Rhetorica viratur, quo dum manifesta sunt iniusta facta, à maximo malo iniustitiae liberentur. ] Plutarchus vero hæc scripta reliquit: Quod si ille qui offendit, castigantibus offerat se, morbum indicet, & aperiat vitium, nec id clam esse gaudeat, contentusque sit, si sit rectum; verum fateatur, rogetque corripientem, & corrigitem: haud leue fuerit id progressionis insigne, vt sanè dixit Diogenes, Qui salutem desideret, ei querendum esse vel sedulum amicum, vel flagrantem inimicum, quò incepsione vel curatione animi vita exuat. Quoad vero ostendendis sordibus, aut macula tunica, aut laceraro calceamento, gloriari apud alios, & vano modestia cauilla iaciens in temetipsum vt pusillum, aut vt gibbosum, puras agere præclarè: interiores vero animi foeditates, vitæ labes, inuidias, malevolentias, fordes, libidines, vt vlcera, contegis & absconditis, quas nemini attingere, vel aspicere permittis, dum vereri ne arguare, patrum profectus, immò nihil fortis fuerit. Caterum, qui cum his pedem confert, præcipue, qui ipse mordere se, & insectari offendentem: secundo loco, qui præstare se castigante alio tolerantem, & patientem purgari se à reprehendentibus, valet & vult; hic vero est ei, qui amolitur & execratur prauitatem, proximus. Hi Philosophi pro virtutis profectu necessarium putant ut homo se alteri non ad consilium solum, sed ad pœnam & gravissimam pœnam detegat: & tu molestum putabis, non ad pœnam, sed ad consilium, ad remedium, & ad leuamen te prælato manifestare; aut virtutis profectum non curas, aut gratis & sine ullo pretio habere desideras, aut certè infidelibus delicatiore es, qui intolerabile putas, quod illi tam

Clim.  
grad. 4.  
Cass. coll.  
lat. 2. c.  
II.

Plato in  
Gorgia.

Plutar.  
Tract.  
Quomodo  
quis sen-  
tia se in  
virtute  
proficeret.

facile esse docuerunt, & tam audacter omnibus imperarunt? Et illi quidem dixerunt, sed non fecerunt: nos autem nouimus non adolescentes solum, sed senes doctissimos & probatissimos, qui non sine admiranda humilitate hoc documentum obseruarunt. Quorum tam eximia est virtus, tam insignis animi puritas, qualis esse intelligitur in tanta humilitate fundata.

Hoc tu imitari non erubescas, ut confisilem virtutem conseqvaris, nec indignum putas illos conuersatione sequi, quorum vitam & mores admiraris. Et, si in illis haec insignis humilitas audit placet, cur eadem ad te traxilla, & ad opus redacta, displicer? Nisi forte humilitas & sapiens defectum manifestatio ad hoc a Deo inspirata sit, ut audiatur, & narretur, non vero ut operibus exercetur. Audi tandem Climacum quibus verbis ad hanc manifestationem impellat. Noli o fili atque Domino obediens, spiritu elationis decipi, neque peccata tua veluti ex persona alterius magistro denunties. Neque enim licet absque verecundia rubore aeterna confusione liberari. Aperi, denuda, detegi medico vulnus tuum. Dic, age, noli confundi. Meum vulnus est pater, mea plaga, cuius mihi causa fuit, non alterius, sed mea negligencia. Nemo huius author extitit, non homo, non spiritus, non corpus, non aliud quidquam nisi desideria mea. Esto, dum confiteris, habitu, spe, cogitatione, ut condemnatus reus, demissis in terram luminibus, atque si fieri potest magistri, aut medici pedes, ut Christi pedes, lacrymis riga. Solent nonnunquam demones nos ut aut non confiteamur, horrari, aut certe ut hoc veluti ex alterius persona faciamus, siue ut alios quoddam peccati nostri insimulemus, autores. Sicut certum est consuetudo plurimum valer, ut cuncta ex ea pendent eamque sequuntur; omnino longe amplius ea valebit in bonis, cum potentissimum habeat adiutorem Deum. Noli o fili, annis plurimi laboras lafescere, donec in te ipso beatissimam inuenias requie. Quod si te ipsum in initio-toto animo ignominiis expolui, ne indignum putas, adiutori ac magistro tuo, tanquam Deo, vultu, animoque demissis culpas tuas confiteri. Vidi enim eos quoque miserabiles omnino habitu, vehementiori, confessionis & supplicationis virutate ac severitatem emolluisse iudicis, illiusque iracundiam in misericordiam conuertisse. Quocirca Iohannes quoque Domini praecursor, antequaque Baptismi lauacra donaret, ab acceditibus confessionis humilitate requirebat. Non quidem vilo coru ipse indigens, sed coru saluti modis omnibus consulens. Huius sanctissimi viri dictis acquiescere, & modis omnibus conscientia abdita Praelato reuelare non metuas. Deus ipse adest tuos sermones audiens, tuam summisionem approbans, tuam animam virtute humiliis manifestationis emundans. Ille Praelato non tui contemptum, sed estimationem, non odium, sed amorem immittit. Et dum tu illi dicis miseras tuas, dicit Dominus ipsi: Considerans te ipsum ne & tu teneris. Ipse etiam tibi dona sua quorū causa angebaris, benignè concedit. Est enim apud ipsum valida oratio, & efficax postulatio conscientiae detectionis. Quodque fletibus, & corporis afflictione, & assiduis postulationibus, & aliis remedii non vicisti, humili defectus apertio superabis. Videbis profecto Dominum esse amatorum humilium, qui humili peccatori confitent, & vulnus aperienti, remedium adhibet; superbo autem suarum culparum dissimulatori, in sordibus voluntari permittit.

Clim. de  
obedient.  
grad. 4.

Matt. 3.

Gal. 6.1.

## CAPUT III.

**N**TER motum à natura profectum, & aliqua externa vi contra naturam corpori violenter impressum, hoc Philosophi discrimen inuenierunt, quod ille (ut vel oculis ipsis perspicitur) in fine celerior ac velocior est: iste vero quo magis protrahitur, eo est cunctantior & segnior. Si moles magna naturaliter è superis deorsum descendat, celeriter moueri inchoat quo proprius ad centrum accedit, eo velocius ut in eo quiescat, motu perficit & consummat. Sed si lapis violenter sursum proiectus feratur, magna celeritate ascendere incipit, at post parum remissio impetu suo pondere grauatus lafescit. Hinc necessitas spiritus innouandi nobis non obscurè patet. Natura enim nostra per peccatum corrupta in hoc malum certe maximum incurrit, quod deorsum ire, & ad vilia & abiecta facula huius descendere, quasi naturale illi est; sursum vero ferri, & ad spiritualia & celestia anhelare violentum. Est quidem virtus secundum naturam rationalem hominis, ut Thomas Aquinas non minus verè quam subtiliter disputat; & vitium ac peccatum, contra naturam; quia vero per originalem culpam primi parentis appetitus à ratione defecit, & iugum eius excusit, & rationem quasi sua importunitate & immoderantia subiecit: hinc orum habet ut homo, cui appetitus dominatur, virtutem tanquam insulam horreat, & in virtutia ac peccata veluti in alimenta sua via propendeat. Inclinatus ergo & propensus ad malum, quo nequior est, eo vehementius & effrenatius in malum tendit; & ex parte appetitus auerius à vero bono, quo diutius in illud fertur, eo tardius & tepidius ire se sentit. Quid itaque faciet spiritualis vir, ut semper proficiat, ut temper non lentis passibus in perfectionem eat? Illud quidem quod iaculator, ut sagittam per multa terrarum spatia proiciat. Ut quemadmodum iste primum sagittam quanto potest impetu versus locum a se destinatum iacit, & iam deficiente & in terram cadentem, iterum leuat, & proicit, & sic multoties impetus impressionem multiplicans, ad finem sui itineris ludens & semeripsum oblectans, mittit; sic iustus ad perfectionem contendens, in initio conversionis sua mentem suam magno furore quasi impresso impetu ad destinatum puritatem iaculatur, & post aliquot menses tepefactam, nouo furore concepro, versus candem puritatem impellit, & sic per tempora furorem innouans, ad magnam perfectionem peruenit.

Huius vita mortalitatis proprium est ut omnia senescant, & sensim ad interitum eant: nullisque aduersum nos emergentibus incommodis, sola temporis lapsione ad senectutem tendimus, & ad morte properamus. De ipsis celis incorruptibilis dixit sanctus David: Opera, Domine, manu tuarū sunt caeli, ipsi peribunt (quia à praesenti statu mutabuntur) tu autem permanes, & omnes sicut vestimentū veterascat. Et sicut operiorū mutabis eos. Si autē celī quasi senscēt, quia mutatione & innovatione indigebūt, quāto magis corruptibilitate ad vetustatē festinabūt; vel si per celos, ut August. mystice vult intelligi, sanctos intelligamus, illi certe nō tārum quārum ad corpus, quod instar vestis attinetur, sed etiam quārum ad spiritualem animae vitam, quasi ad senectatē & vetustatē eunt, quia nonnullam qualitatē corruptibilem mutuātes, ad tepiditatem segnitēmq; proficiuntur, & mundi curis facientibus, ab illo primo quo inchoarunt furore deficit: donec implentur illius Psalmi postre-

ma p̄r̄

D.Thom.  
12. q.71.  
a.1.

Pf. 101.  
26. 17.

AUG. 10.

P. 101.  
29.

*Aug. ib.*

*Ecccl. 14.  
21.*

*2. Cor. 16.*

*An. ib.*

*Hier. ad  
Dresdini  
Tm. 4.*

*Aug. in  
P. c. 2.*

ma prædictio: Filii seruorum tuorum habitabunt, id est, in cœlesti patria ad destinatam mensuram sanctitatis prouecti, stabiles & immutabiles permanebunt, [& semen eorum in sœculum dirigitur.] Habitabimus sanè in illa domo Dei, si filii seruorum, id est, Apostolorum, imitatione fuerimus. Habitabimus, si semina nostra, id est opera nostra, innouauerimus, quæ nos ad regnum præcedant, & domum parentum. Noli ergo esse steriles, ait Augustinus: si vis habitare, præmitte fœtus quos sequaris, præmittendo, non ferendo. Filii tui te deducant ad terram promissionis, terram viuentium, non morientium. Cum hic viuis in hac peregrinatione, illi antecedant, suscipiant te propter refæctionem carnalem. Filius Ioseph antecellit Iacob in Aegyptum, & ait patris suo & fratribus suis, Ego præueni preparare vobis eas. Præcedant ergo filii tui, præcedant opera tuas, quales filios præmitis, talis & sequeris. Hac itaque conditione mortalium nos Ecclesiasticus ad iustitiam prouocat: Da, & accipe, inquit, & iustifica animam tuam. Quis prohibet si ita interpretetur: Accipisti à Deo auxilium ut bene opereris: Da igitur illi bona opera, & cooperare gratia suæ pœnitentia ut iterum nouam accipias, & sic ad veram iustitiam & sanctitatem peruenias. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos, id est, in sepulchro, & post mortem, inuenire iustitia & bonorum operum cibum. At si irreperitur iustitudo, & vigor intepuerit, te ipsum iterum excita, & ad fortiter & strenuè operandum coge. Quia omne opus electum, id est, feruide factum iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo. Hanc desideriorum & bonorum operum innuationem viri iusti & spiritualis salutis cupidi semper utilissimum putauerunt. Vnde Paulus de se ac de iustis loquens, ait: Propter quod non deficitus, sed licet is qui foris est, noster homo, corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Quia spem, ait, refæctionis habemus, propterea non deficitus, sed licet caro nostra laboribus afflita per singulos dies veterat, spiritus vero quotidie nititur iuuenescere, ad maioremq; splendorem & feruorem venire. Qui, vt inquit Anselmus, renouatur quotidie proficiens in sanctitate, dum transfert amorē à temporalibus ad æternā, à visibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad spiritualia, & ab istis cupiditatem frangere vel munitre, atque illorum se charitate alligate diligenter insistit. Hanc autem innuationem esse bonorum coelestium à nobis desideratorū exordium regius Vates non obscurè significat: Benedic, ait, anima mea Dominum, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabit ut aquila iuuentus tua. Tunc scilicet ò anima immensis bonis repleberis, cum instar aquila renouaberis. Sed quæ est ista aquila renouatio? Hieronymus certè de aquila hac scribit: Aquila quando senuerit, grauatur ipsius pénæ & oculi, quæritque fontem, & erigit pennas, & colligit in se calorem, & sic oculi eius sanatur, & in fonte se termergit, & ita ad iuuentum reddit. Augustinus vero sic: Dicitur aquila, cum senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibum capere non posse. Pars enim rostri eius superior, quæ supra partem inferiorem aduncatur, cum præ senecta immoderatus creuerit, longitudo eius incrementi, non eam sinit os aperire, vt sit aliud receptaculi interuallum inter inferiorum partem, & vincum superiore. Nisi enim aliquod interuallum pateat, non habet mortus, quasi forcipem, vnde velut tondeat quod transmittat in fauces. Crescente itaque superiori parte & nimis aduncata, non poterit os aperire, & aliud capere. Hoc facit veritas. Prægauatur languore senectus,

A & inopia comedendi languescit nimis, vtraque re, ætate & egestate accedente. Itaque modo quodam naturali in mensura reparadæ quasi iuuentus aquila dicitur collidere & percutere ad petrā ipsum quasi labium suum superius, quo nimis crescente edendis aditus clauditur, atque ita conterendo illud ad petram excutit, & caret prioris rostri onere, quo cibus impediabatur. Accedit ad cibum, & omnia reparantur, exit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut ante, fit in ea quedam resurrectio. Hæc est ergo spiritualis renouatio, si tñ ò anima quis compunctionis immergas, si nouum feruoris calorem concipias, si veteres pennas, id est, contractam ex occupationibus vestitatem, pellas, si rostrum, nempe ea quæ te à sumendo cibo orationis impediunt, constanter abiicias. Tunc desideria perfectionis sopita se erigent, tunc quod cupiebas, quod postulabas, pro quo lugebas, & genebas, à Domino confequeris. Tunc canes cum sancto Iob: Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur: Nam si gloria, honorem ac dignitatem, & arcus, fortitudinem & robur significant: certè dignitatem auges & fortitudinem prouehis, aut hæc à Domino aucta experiris, cum feruorem & deuotionem augere contendis.

B Vniuersa quæ in hac mortali vita esset habent, aliquando innuantur, ne pereant; & quæ non innuantur, quantumvis diuincta sint, tandem intereunt. Regna innouantur, & ideo Samuel ad Populum ait: Venite, & camus in Galgala, & innouemus ibi regnum. Cimites readiſcantur: quare Ionathas habitatus in Ierusalem, cepit adiſcare, & innouare ciuitatem. Templæ instaurantur, nam & Isaëlia post captiuitatem venerunt [innouare, & fuscitare templum in loco suo. Amicitiae refaciuntur: vnde & Ionathas misit viros Romanos, statuere & renouare cum eis amicitiam. Immò & ipse homo post peccatum è Paradiso eicctus est, ne se fuo ligno renouans, etiam quoad corpus in perpetuum viueret. Denique [misit illum Dominus Deus de Paradiso voluptatis,] & ante præmiserat, nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. Qui ergo vult perfecit viuere ad constituta tempora leiplum, renouet. Innouet regnum suum, quo super cor suum & affectus eius regnat. Readiſcit ciuitatem animæ sua, & quod ex virtutibus lapsum per incuriam est, erigat. Instaurat templum spiritus sui, in quo habitat Deus, & Sanctorum desideriorum accessione extruat. Amicitiam ad Deum aliquantulum tepefactam, actibus orationis accendat. Mittat per imitationem Christi manum suam ad lignum vitæ, ut postmodum feliciter, & nunc in hac vita viuat, ut sanctum decet virum, & contrarias ex humana conuersatione imperfectiones relinquit. Si inueterauerit inter inimicos suos, id est, inter immoderatos affectus, & asiduas imperfectiones suas, vt iuuenescat, & renouetur, ab eis toto conatu discedat. Hoc enim else ad iuuentum, aut ad sapientem infantiam, redire, doct. Petrus Apostolus, dum ait: Deponentes omnem malitiam, & omnem dolū, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones: sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscere.] An non sapiens infantia est, quæ non quodcumque lac, licet palato suave, fed lacrationabile, lac sine dolo, lac, quo crescat in salutem æternam, concupiscit? Sed hanc profectò induit, qui peccata & imperfectiones deponit, & quod melius & perfectius est, virtutis asumit.

Iob. 29.  
20.

1. Reg. 11.  
14.

3. Ecl. 5.  
44.

1. Mach.  
12.1.

Gen. 3.  
22. 2. 2. 1.

E Psal. 6.8.

1. Petr. 2.

De R.A.  
Tom. I

1031

De adēptione Virtutum,

1032.

Iam igitur audi, ô religiose, quando & quomodo te renouabis. Omne tempus huius vita, tempus innovationis est, quod ad hoc nobis concessum est, vt vetustatem hominis terreni deferamus, & nouum hominem Christum frequentes in nouitate vita ambiemus. Sed quia hoc loco de speciali quadam innovatione loquimur, qua aliquantulum tepefacti ad pristinum fervorem redimus, ea frequenter afflenda est, quia frequenter cadimus, & non multis diebus in desideriis perfectionis intepescimus. Et quidem Thomas à Campi author piissimus circa principias Sanctorum solennitates huic innovationi infidendum præcipit. Circa principia festa, inquit, renouanda sunt bona exercitia, & Sanctorum suffragia ferventiū imploranda. De festo in festum proponere debemus, quasi tunc de seculo migratimus, & ad æternum festum perueniunti. Sed ut aliquid facilius dicamus, ter, aut bis, aut saltu semel, debet singulis annis te innouare, & quasi noua indumenta virtutis induere. Si enim per singulos annos hyeme & vere indumenta corporis mutas, & ea pro temporis necessitate innouari vis, cur non etiam vestimenta animæ resarcies & in melius innouata mutabis?

Bern. tract. de gra. & li. arbitrio. ad finem.

Amb. lib. de ins. pell. D. uid.

Ephr.

*Thom. à Campi. li. 1. de con-temp. mū dic. c. 19. 2.*

In quibus autem posita sit renouatio, Bernardus in hunc modum docuit: In his tribus interior renouatio consistit; rectitudine scilicet intentionis, puritate affectionis, recordatione bona operationis, per quam sibi bene conscientia memoria eniteſcit. Sed liber eam ad captum nostrum accommodatiū explicare. Ad spiritus igitur renouationem haec facies: Aliquot dies ad rem hanc faciendam tanquam ad magni momenti negotiorum assumes, in quibus licet ab ordinariis occupationibus non te subtrahas, tamen sollicitus te in solitis devotionis officiis exercebis, & quæ ad te pertinent, accuratiū tecum ages. His diebus attente vitam tuam discutes, mores inspicies, conuersationem euolues, religiosorum votorum ac propostitorum tuorum à te rationem exiges, & an constans in eis fueris, an secus; an irate seruaueris, an vero transgressus in aliquo fueris, tecum expendes. Postea ad Pralatum, vel patrem spiritualem, accuras, illique te ipsum aperies, conscientiamque manifestabis, & vulnera dexteris, vt consilio & oratione, & aliis mediis tibi opem afferas. Ideo enim conscientia manifestatio huic innovationi præmissa est, vt eam ad hoc tempus pertinere intelligas. Deinde peccata tua, ac defectus, quos deprehenderis, in unum colliges, & si ita consuetum fuerit, vel tibi libuerit, confessione generali, aut saltem amarissima contritione, & flexibus dilues. Nam, vt inquit Ambrosius, recte renouatur, qui de tenebris peccatorum in lucem virtutum mutatur, & gratiam, vt qui tetra prius colluione fordebat, supra niuem albentis nimis fuligore resplendat. Si in seruandis votis religiosis minus fidelis fueris, si bonis propositis minus constans, de hoc vehementer erubesces. Si enim Esau (vt inquit magister Ephraim) ab his quæ cum damno suo pepigerat, recedere noluit, quomodo tu paucis quæ profutura tua fecisti, rumpere audebis? Si Herodes, quæ in suam promiserat perniciem, seruavit, & tu à foederibus, quæ æterna vita gratia pepigisti, testificies? Item ac si tunc primum votis te obstrinxisses, aut proposita fecisses, eas sic deinceps, fideliciter, constanter & feruide seruare constitue. Vide quanto fervore, quanta devotione iter vita spiritualis copisti, & nunc huius innovationis tua tempore te ipsum vincere cura, & maiori sollicitudine ac vigilancia proficer. His actis aliquo solemni die, qui in illud tempus incidat, ac si tunc professionem religiosam fecisses,

A eam apud Dominum, quem præsentem consideras, etiam vocaliter repetes, quæ statuisti vitare ac facere, iterum statues, & quasi de novo te ad perpetuum obsequium Domino consecrabis. Eo die immensas gratias illi ages, quod te ad vitam religiosam vocavit, quod te sibi votis religiosis ac professione ligavit, quod tot annis tuam ingratitudinem negligenteriāque sustinuit. Ora eum ut amplius te expectet, ut gratiam ad incipendum & sancte conversandum tribuat, & ut copta perficiat. Hæc est formula spiritualis renouationis singulis annis bis aut semel facienda, quam ad proxim redactam, & ignitis aspirationibus ac ferventissimis precatiōibus dispositam, in secundo exercitio, quod vocatur spiritualis desponsationis, & in tertio, quod vocatur professionis animæ erga Deum, Beata Gerritidis, inuenies. Quanta autem sit huius innovationis utilitas, non est nostrum explicare, vtere ea, & tu ipse fructum experieris.

De secessione ab occupationibus, singulis annis facienda.

C A P V T I V .

**N**ON sufficiunt hæc omnia, quæ diximus, fragilitati nostræ, vt se semper a segitie & multipli imperfessione contineat. Quare per singulos annos ad octo vel plures dies omnino vacandum est, & spiritu quietendum, ac penitus ab omni externa occupatione cesandum, vt mente calefacimus, & à torpore libemur. Istud profectò saluberrimum documentum non ex alio quam ex Euangelio ipso & Sanctorum exemplo didicimus. Cùm enim conuenient Apostoli ad Iesum, vt renunciarent ei, quæ (ipso mitten-  
te) gerant & docuerant, dixit illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pulchrum; non solum vt corporis vires reflexerent, sed multo magis vt spiritu reficerent, & se ad primum seruarem, ex occupatione languentem, reuocarent. Hunc sensum indicat Theophylactus, ita scribens: Apostoli postquam prædicauerunt, congregant apud Iesum, vt & nos discamus, si quando in ministerium mittamur, ne nos totos ab eo qui mitit, abripiamus, sed illum sciamus, caput, & ad illum redeamus, anunciemusque ei omnia, quæ vel docuimus vel fecimus. Neque enim satis est, si doceamus, nisi & fecerimus. Quiescere autem facit Christus discipulos, vt sciant Pralati laborantes in verbo & doctrina, dignos quibus detur sua quietes, & non semper intendant labores. Et sane optimo iure Dominus Apostolorum ad secessum initiauit, vt tam illis quam nobis consuleret. Illis quidem, nam cum nondum essent perfecti, & humanis affectibus subiacerent, erant per silentium & quietem, & contemplationis studium, ab ea quæ se minitaretur animarum immiscetur, distractio curandi. Nobis vero, vt ex Apostolis, ex ministeriorum scilicet Euangelij magistris diceremus, quomodo oporteat nos animarum saluti vacare, & ad tempus nos ad silentium recipere, & ad reciendas animæ vites in iugi contemplationis exercitatione quiescere. Si enim semper effundimus, & nunquam, aut parum infundimus, meritum timendum est, ne pauperes & vacui maneamus. Id est, si semper mens curis animarum & salutis aliorum, negotiis distenditur, & parum vires spirituales auget, vt oneri portando sufficiat, formidare debet ne aliquando onere pressa succumbat. Ergo præter communia

*Marci 6.  
31.  
Theophyl.  
ibid.*

orationis

orationis & deuotionis opera, quibus nos quotidie à distractione & tepiditate feruamus, per aliquid tempus omnino quieti spiritus, & orationi prolixæ, & colloquio diuinis vacandum est, ut inde magnum robur trahamus, quo nos in spiritu deuotionis, & in perfectionis desiderio seruemus.

**BONAVENT.**  
in vita.  
c. 10.

**In eius**  
vita. c.  
23.

**SUR. IN E-**  
**IIU. VITA.**  
c. 17.

**Id etiam nos docuerunt sanctorum virorum in salutem animarum incumbentium exempla. Quorum historias ac gesta si euoluamus, manifeste videbimus eos frequenter à turbis, & occupationibus secessisse, ut ex quiete & confortio Domini assiduo, vires ad uultus laborandum, & in vita perfecta perseverandum acciperent. Num profectò aut alterum in medium producam. De Beato Franciso ad salutem animarum vocato hæc scribit versus eius filius Bonaventura: Vir autem Dei solitarius remanens, & pacatus, nemora replebat gemitis, loca spargebat lacrymis, peccatora manu tundebat, & quasi occultitus secretarium naclus, confabulabatur cum Domino suo. Ibi respondebat iudicis, ibi supplicabar patri, ibi colloquebatur amico. Ibi quoque fratribus ipsum pie obseruantibus aliquoties auditus est clamoris gemitis apud diuinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta voce, quasi coram se positam Dominicam passionem. Ibi viuis est nocte orans manibus ad modum crucis protensis, toto corpore sublevarus à terra, & nubecula quadam fulgente circumdatus, ut illustrationis mirabilis intra mentem mira circa corpus perlustratio testis esset. Ibi etiam, sicut certis est comprobatum indicis, incerta sibi, & occulta diuina sapientia pandebantur, quamvis illa non vulgaret exterius, nisi quantum Christi vrgebat charitas, & proximorum utilitas exigebat. Dicebat enim: Leui mercede rem impreiabilis contingit amiti; & illius qui dedit, ad non dandum iterum facilè prouocari. De Hugone vero Linconiensi Episcopo hoc inuenimus scriptum: Singulis annis ut minimum semel astius vacationibus ad monasterium suum Viciamense se conferre solebat. Ibi vero tanquam in messe fertili, menti sua de spiritualibus prouidit frugibus, quas vberi illi pice fecerat. Erant tunc illic viri valde spectabiles, in vita strenui, in contemplatione sublimes, iisque blandimenta ei nulla, tanquam ultra alios Episcopos aliquid haberet sanctitatis, apponebant, sed potius admonebant, vt videret quantum adhuc abeficer à conuersatione Patrum antiquorum. Tanta autem humilitate in omnibus scilicet conformabat, ut præter solum annulum nil geraset, unde quod est Episcopus, posset animaduerti. Ac tandem de Laurentio Dublinensi Episcopo hæc leguntur: In ea autem concitatute quam Sanctus Coenginus suis manibus effecisse dicitur: Beatus Laurentius perspice latitanus contemplatiuis deliciis illic deuotus perfuebatur, de corpore suo minimè sollicitus, sed tamen in multa necessitate, ei desesse nolens, ter tantum in hebdomada panem & aquam, interdum etiam olus ei præbebat: tanquam alter Moses contemplationis diuinæ suauitate referetus. Ibi ergo morans per quadragesimam, hominum non admittente frequentiam, nisi iam dicti Abbatis nepotis sui, qui ei cibum, qualcum diximus, subministrabat, ad eumque causas & negotia populi, & ad populum sancti sacerdotis responda arque consilia referebat. Erat autem accessus ad eum per scalam, cuius ima pars in aqua fugebatur, superior tenebatur ad rupem. Hoc itaque fuit sanctorum virorum ingenium, partim ad uilitatem fratrum curandam exire, partim ad propriam salutem curandam, in cubiculum internæ conuersationis intrare: nunc**

A consortia aliorum admittere, nunc verò per aliquod tempus ab occupationibus & turbis secedere, & soli Deo, ac si nihil in mundo esset, intellecū & affectu inhærente. Et hoc quidem imitatione sequi debemus, si similem feruorem & diligentiam in diuino obsequio tenero optamus.

Tu verò, ô religiole, qui perfectionis desiderio ardés, & virtutum amore teneris, aliquando singulis annis te ab omni externa occupatione sequestra, ut tibi & Deo intendas, ut vias tuas consideres, ut in eo, qui finis tuus est, amplexu quiescas. Ad locum unde exuent flumina, reuertuntur, ut iterum fluant ad eum & tu, à quo gratiam ad discurrendum accipisti, per nonnullam lecussionem à negotiis & curis, reuertere, ut iterum sine tuo damno fluere possis, & agros animarum rigare. Nullatenus dubitare poteris, quia assidua occupatione etiam bona, & utili spiritu fatigaris, & in boni amore laffescis; pone itaque illam aliquando, & te solitudine aliorum exonerata, ut quiescas, utique resumas. Danda est remissio animis, inquit Seneca, meliores acrioresque requiescent. Ut fertilibus agris non est imperandum, citò enim exauriet illos nunquam intermissa secunditas; ita animorum impetus assiduous labor frangit. Vires recipient paulum resoluti & remissi. Nascitur ex assiduitate laborum animorum hebetatio & languor. Et ad idem Gregorius ait: Ex studio namque arcus distenditur, ut in suo tempore cum uilitate tendatur. Qui si otium relaxatioris non accipit, feriendi virtutem ipso vsu tensionis perdit. Sic aliquando in exercitatione virtus cum perdiscretionem prætermittitur, reseruatur; ut tanto post vitia valenter feriat, quanto à percussione interim prudenter cessat. Clavis versus unam partem mora, seram claudit; ad aliam verò partem voluta, aperit, sic mens exterioribus intendens, ea disponit atque custodit, sed ad Deum & interiora conuersa, ianuam aperit diuinæ miserationis, ut per eam thesauros donorum coelestium educat. Nisi versus hanc partem te moueris, & nisi à Deo quod tribus accepferis, nequam habebis quod tribus. Quare sapienter dixit Bernardus: Otium non est vacare Deo, immò omnium negotiorum negotium, quoniam ex hoc otio vires proueniunt ad negotium, & qui scit prudenter ad tempus quiescere, sciet posteri strenue & uilititer laborare. Deus ipse ad caprandam quietem spiritus, quasi suo inuitauit exemplo. De eo enim dictum est: Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab omni opere quod patravit. Si ergo septem diebus, vel non paucis mensibus operatus es, & salutem aliorum quæsiuisti, iam Sabbatum, id est, tempus aliquod quieti destinatum, libenter excipe, in quo dum ab externo opere cessas, virtutes restaure, & spiritum præ onere deficiente reficias. Legem posuit Dominus aquis, ne transiret fines suos. Et tu legem pone occupacionibus tuis, & modum curi tuis, ne instar aquarum irruentium te obruant, & ab stabilitate perfectionis abducant.

E B

**Sene. de**  
**tranqui-**  
**lit. vita.**  
c. 15.

**Bern. ad**  
**fratr. de**  
**monte**  
**Det.**

**Gen. 2.1.**

**Prom. 8.**  
29.

**Ex hac ergo spirituali quiete, in qua te ipsum inspexisti, desideria sopita excitasti, proposita confirmasti, cum Deo, ceu alter Iacob, ad accipiendam benedictionem pugnasti: exhibis ut Moses facie splendida ex confortio Domini, & anima roborata, ut possis sine tui detrimento alii prodesset, immò & cum virtutum augmento animas generare, & Deo thesauros saluandorum acquirere.**